



Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De
Contractibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDCCXXXIII.

VD18 90392159

Q. 22. An obligatio restituendi bona externa, & resarciendi damna in illis
injustè illata à defuncto, transit ad hæredes etiam extraneos?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40993

iasitad
n spir-
utatis à
ndum,
erioris
are iis,
onâni
ndum,
npedi-
um in-
: nam
d cuius
rævalet
retum,
va do-
oliun-
, bona
tionem
n reve-
utpo-
aritatis
retum
æ tuz,
x con-
s, aut
grave
omise-
seclu-
sus tibi
potius

potius consulendi, quām alteri privato, qui non est in hoc rationabiliter invitus: nec censuris voluisse te obligare cum tanto onere ad illud servandum.

Not. Is, cui alter injustè aperuit secretum tertii, tenetur illud non detegere. Qvia illa cognitio derivata est à prima manifestatione sub secreto data, & ulterior illa manifestatio cederet in injuriam alterius, qui secretum commisit, essetque extensio, ac ampliarior injuryæ factæ à primo iniquo proditore.

Q. 22. *An obligatio restituendi bona externa, & resarcendi damna in illis injustè illata à defuncto, transit ad heredes etiam extraneos?*

Resp. Aff. Constat 1. ex c. ult. de sepult. & c. 9. de usur. & c. 5. de raptor, ibi: heredes ejus moneas, & compellas, ut his, quibus ille per incendium, vel alio modo damna contra Justitiam irrogaverat, juxta facultates suas, condigne satisfaciant. 2. Quia onus restituendi bona est affixum bonis defuncti, qui eo ipso censebatur jam totum id habere minus in suis bonis, quod teneretur illud in conscientia solvere: ac proinde onus illud transit ad eorum posses- sorem. 2. Hæres substituitur in locum defuncti, eumque representat quoad bona, jura, ac debita realia; & sicut succedit in bona, ac jura, item in onera, ac debita realia defuncti,

functi, quæ in se suscipit ex contractu implicito per acceptationem hæreditatis.

Si plures sint hæredes, singuli tenentur pro hæreditaria portione, non tamen in solidum. Quia sicut bona, & jura defunctorum dividuntur inter hæredes, ita & onera, ac debita dividendi debent ex l. 2. Cod. de hæred. act. & l. 26. Cod. de paßt. æquum est enim, ut qui tantum ex parte commodum percepit, onus quoque ex parte duntaxat sentiat; nam licet singuli representent defunctum, non tamen totaliter, sed ex parte: omnes autem simul eum representant totaliter. Cap. autem tua nos de ius. solū significatur totam obligationem restituendi transire ad hæredes simul iunctos, ita tamen ut singuli non teneantur nisi ex parte.

Quod si res aliena extet in se apud unum hæredem, hic tenetur eam integrum restituere; idem dic de re defunctorum hypothecata alteri. Nam res sic alteri obligata transit cum suo onere ad quemlibet possidentem c. 5. de pignor. sed tunc is habet actionem de evictione contra cæteros hæredes, qui debent ei rependere pro rata. Cæterum legatarii non universales minimè obligantur ad restitutionem, si ea, quæ hæredibus relicta sunt, sufficient ad solvenda omnia debita, relicta portione hæredibus Jure debitâ. Quia non succedunt in onera testatoris sicut hæredes, nec eius personam

sonam repræsentant. Si bona non sufficiantur, debent legatae conferre ad restitutionem pro rata; quia ante omnia legata debent solvi debita, & postea deduci portio hæredibus debita.

Not. Hæredes tenentur etiam cōtractibus. A testatore initis, l. 13. Cod. de contrab. Et committit stipul. ibi: generaliter sancimus omnem stipulationem, sive in dando, sive in faciendo, sive mixta ex dando, Et faciendo invematur, Et ad hæredes, Et contra hæredes transmitti, sive specialis hæredum fiat mentio, sive non. Nam, ut dixi, hæredes repræsentant defunctum, eique sicut in bona, ac jura, ita & in onera, debita & obligationes reales succedunt.

